



A N N O,

Quo

FRANCISCVS PRINI ET HELENA  
VESSELENI, SECUNDA AVG<sup>V</sup>  
STI DIE LÆTAS NVPTIAS CE-  
LEBRABANT.

VER  
ILLVSTRISSIMVM  
FAMILIAE DRUGETHANÆ  
oblatum  
ILLVSTRISSIMO  
NEO-SPONSO DOMINO COMITI  
Sac : Cæs : Majest : Camerario &c.  
**GEORGIO**  
**DRUGETH**  
DE HOMONNA.

DRUGETHANO SOC: IESU COLLEGIO  
UNGHUARIENSI.

Anno que pro Illustrissimi hujus Veris

CORONA  
ROSA S P O N S A,  
M A R I A  
ESTERHAZI  
F L O R E S D A B A T.

TYRNAVIAE,

Typis Academicis, per Philippum Mayr.

Regi Nyomtatványok, 111. 141t. Redván

/319. 18. j./

# ILLVSTRISSIME

COMES NEO-SPONSE.

Oportunè factum animadvertisimus, quod ad tuum Illustrissimum Hymenæon, ad solennem nuptiarum tuarum pompam. Ver tibi plusquam Tyria amænitate plenum offeramus. Si enim natales Illustrissimæ Familiæ tuæ cunas inspicimus, has amænissimis Galliarum stratas lilijs Feliciorius Tuus Drueth, primus in Hungaria Illustrissimi hujus Veris Author testatur. Si Genethliacos, quos Ceræ ferunt, consideramus Sturnos, & hi, non nisi floribus ad hoc usque tempus suos stravere nidos; quot enim Dynastas Druethos retroacta viderunt secula, tot amænissimos in Familiæ Tux Illustrissimis viridarijs virvisse flores rectè judicarunt. Ita undiq; Vernas Illustrissime Neosponte, ita tux Illustrissimæ Genti nec Rose, nec lilia deflunt. Majores tui liliatam Nepotum tibi transmisere seriem; Tu roseos polliceris Phosporos, Tu roseas promittis Auroras; è quibus posteri serò li-

A 2                   cet,

REGT ROMTA TBARYOK, ALI. LAT. / READEN  
/319. 18. J. /

cet, sereni tamen prodibunt Soles. Quod si ita est, quis serenissimum prosapix<sup>t</sup> tuae futurum aliquando diem præsigire detrectabit? Reddidere hunc Illustrißimum, fulgentissima quondam sydera in Drugethano gloriæ Cœlo, Felicianus, quem ante nominavi, primus; VVilhelmus Drugeth Regni Hungariae Palatinus; Stephanus Mauors Homonnai, Otthomanici furoris terror, & ut propius accedam, Georgius Avus Tuus Illustrißimus, Collegij Soc: JESV Homonnensis Fundator, cui pro Deo & Cæsare pro patria ambrosium nectar mors erat; Joannes Parrens Tuus Illustrißimus Judex Curiæ, Generalis Cassoyiensis, quem Candor fidelis Austriacis commendavit Aquilis, æternamq; illi fortitudo Animi, & immortalis magnanimitas, inter æstuos bello- rum turbines memoriam laudum peperit. Tibi verò intentata fortuna relinquitur Illustriß: Georgi, ac proindè molle diem gloriæ; Ver undiq; arridet, Ver Architectus florum, Parenis Etesiarum Regi- nam Campi Rosam Sponsam tibi offert. Achilli scutum, Hectori & Æneæ galeam rosis insignitam Homenus scripsit: Publij Cornelij Scipionis octavæ legionis milites, purpuratos Rosarum fasciculos in triumpho gestabant: Publius Scipio Æmilianus viros Martios, qui in devastatione Carthaginis, ante

alios

aliros, muros concendissent, scuta & arma Rosis ornata circumferre voluit. Tibi verò novo futuro Achilli, Tibi Hectori fatis ipsis formidabili nova parantur roseta, quæ in tua bellatrice casside, inq; Martijs Nepotum Drugethorum scutis efflorescent aliquando. Progredere igitur Neosponse felicissimo passu, Fortuna tibi Martia, in Rosa Tua arridet, cristata illa spinis miro rubet purpurisso, ad cuius felicem ortum Parnassus quoque noster reviruit. En jam in amena Vngh tui ripa Musæ cum Apolline confedere, nuptiarum tuarum pompam æternaturæ. Nos verò tibi Laurum immarcescibilem gloriæ in hoc Palladis viridario plantavimus. Inspice quas primitias fructuum dedit, eas enim Tibi Comes Illustrißime nunc præsentamus.

A D

ILLVSTRISSIMVM  
COMITEM  
G E O R G I V M  
D R U G E T H  
D E H O M O N N A.

II.

Regi Novumtavayok, All. 141. 141. Reddy

**I**llum esse Solem, in Vere Illustrissimæ Familiæ, ad cuius radios Phœnices novæ, Musæ Homonenses, ex cineribus Homonensis revixerunt, eumq; lecutæ sunt Unguarinum, ut nuptiam ejus pompam occinerent.

**Q**uæ Dindymenes tesqua loquacibus  
Excita sistris? Pindaricis juga  
Quæ culta plectris? quisue surgit?  
Lethiferis Aracynthus umbris?  
Quæ viva Dirces Numinæ? que Deæ?  
Aut entheatæ Phocidos hospita  
Quæ templæ Phœbi, quisue Phœbus  
E tumulo cinerum revixit?  
Gravi sepaltus naper in invida  
Ignis procella an Vivit? & orphaneæ  
Inter cicatrices palestræ,  
Pegasides meditatatur undas  
Gryneus Augur? Delphicolæ Nurus,  
Agnosco, Vivunt, Thesspiades Deæ  
Expergefactis sifra filis,  
Ad numeros animare tentant.  
Exuberantis Numinis hospitem  
Adverto vultum, Chalcidica caput  
Vernans corona, exosculatus  
Colla tero tua Phœbe nate.

Re.

Renata salve Sicelidum cohors;  
Cyrrœa tangens pollice Cymbala  
Effunde lugubris Minervæ  
Non iterum redditura fata.  
Aut Drugethanis pange palatijs  
Vivo flagrantem in Vere meridie  
Solem GEORGIVM De Homonna  
Deucalion tuus ille vivat.  
Hic te frementi surripuit neci  
In fata quando torserat igneas  
Lucis Sarissas, busta quando  
Meonijs animavit auris.  
Vos, ille Titan sydereo suo  
Crispavit auro, Pimpleides Deæ;  
Novasq; Phœnicum Sorores,  
Fatidicis revocavit umbris.  
En jam corusci delicium poli,  
Honoris inter fulgura, & aureas  
Athlantidum Heroum favillas,  
Luciparis vehitur quadrigis.  
Dieniq; laudum suscitat, improbas  
Fugatq; noctes; Huic roseos jacit  
Aurora nimbos Esterhazi  
Purpureo sata Nympha Cœlo.  
Illi curules Cynthius igneas  
Cessisse fertur, misit & aureum Iubar

REGI NYOMTE TAVYOK, ALI. 141. / 319. J.B. J. / Reddy

Iubar, quadrigarumq; frena  
Drugethica moderanda dextra.  
Eveclus en iam Cynthiacis equis,  
Famosa Drugeth Pergama prospicit  
Camposq; Homonie, Vnghiq; ripas  
In Domino vigil igne lustrat.  
Ut pendet Euri pulcher in effedo,  
Ut spectat alte tergora Carpathi,  
Terras salutat ut jacentes;  
Ætheriae novus hospes Aurora.  
Hunc diva Cyrrhae pneuma, Thespio  
Altæ cothurno Corycides Nurus,  
Ad usq; ripas Vnghuarinas  
Pegasis comitantur alis.  
En ipse Phœbus Pegason alitem  
Frænare fertis gaudet, & aetheris  
Lustrare campos, jamq; molies  
Gorgoneo pede tentat auras.  
Iam fræna collo Bellerephon rogat,  
Iubaq; Ventos ornat, amabiles  
Hinnitq; ad agros Vnghuarinos  
Aonij nova tesqua Pindi.  
Ut Drugethanæ pegmata Cynthus  
Invisit Arcis. pulchra curulibus  
Hic pompa fulsit, cum triumphos  
Attonite stupuere Nymphæ. Vngh

Vngh ipse aquarum bella minantium,  
Et murmurantum jurgia fluctuum,  
Contemperatis fertur vndis  
In placidos pepulisse somnos.  
Miratus, auri, Gloriam in igneo  
Fluxisse rivo. Tum sacra Pythij  
Lyraq; buxiq; & remista  
Cum lituis cecinere plectræ  
Nomen Drugethum, tum niveo leves  
Somnos fugavit pollice, tetricis  
Excita petris, nuptiales  
Fœta novis Dea, vexit ignes.

Cum tuum Illustrissime Comes Hymenæon  
Coccinimus, cum nuptiales in Theatro gratiarum  
radas accendimus, cum ad Illustrissimam honoris  
tui pompam lyras Apollineas, & Marsas anima  
mus tubas, longè exulantibus Fescenninis, Solem  
te in vere Illustrissimæ Gentis Drugethanæ appelle  
lamus. Et profecto Sol es; obnubilatis enim per  
commune Fatum auitis tuis syderibus, Tu Solus  
Diem Illustrissimæ Familæ Tuæ instauras, Tu so  
lus, Ver novum plusquam Tyria amænitate ple  
num invehis, cum Rosam Esterhazianam, ex amæ  
nissimis Galanthæ & Frakno Tempe in tua He  
spetidum hortis æmula transplantatam viridaria,

B Tibi

REGI NYOMATA TAVANOK, ALI. IAT. RADV.

Tibi desponsas. Sol syderum Princeps odoras florū Charites, quas acerbo dente momordit hyems, pristino vigori restituit, ijsq; cognatos impertit colores. Tu Comes Illustrissime, in quo & Avum Georgium & Joannem parentem Veneramus & experimur, Amænitatem illam Parnassi Homonensis quam Munificentissimus Avus tuus feliciter plantaverat, emarcidam jam, & gravi incendiorum procella devastatam ad vitam revocasti, cum radijs tuis Illustrissimis, novas in vere Phænices è cineribus Musas fuscitando, colles illis Vngvarinos, pro domo, & felicissimis de te Augurijs concinnandis assignasti. jacuissent illæ oblivious fatorum, nocte consepulta nisi illis ortus fuisses; emarcisset Parnassus noster, nisi tu illum novis libertatis tuæ nimis irrigasses, nōvisq; benevolentia radijs illustratum erexisses. Iuremerito igitur, in Vere hoc tuo florere primū, & laudum tuarum gemmas emittere incipit. Memnonium aspernatus aurum, vestigia tibi gratitudinis è gemmis parans, gemmat ut orbem & Athlanticas Heroum mentes, gloria tuæ fructibus non cibet tantum, sed etiam ad novam Virtutum famam provocet. Vestro igitur Illustrissimo Mæcenati

Llgata, EsterhazI è Rosa Date serta CaMænæ.

AD

AD EVNDEM ILLVSTRISSIMVM  
Sponsum Comitem

GEORGIVM  
DRUGETH DE HOMONNA.

Præfagium de Illustrissima Rosa Esterhaziana, quæ in Vere Drugethanæ Familia flore cœpit.

E Fulgurantis Gloria sangvinis  
Et Drugethanæ sydus adoræ,  
Cui liliatus Galliarum  
Gaudet bonus gentiſſe Ceras.  
Æterna quondam mentoreo tue  
Inſculpo famæ Nomina marmori,  
Quæ non vetustas, nec ſepultum  
Pulvrea male nocte fatum  
Corrodet unquam; en fertur eburneo  
Superba curru, fama per aera,  
Cornuq; diſfundit trilingui,  
Magna tue monumenta laudis.  
Te mille circum Pannoniae volant  
Spes inquilinæ, te nivei tegunt  
Mores avorum, quos acerbo  
Dente pavet lacerare livor. B2 Vr-

Regi Novumta Tavayok, Alii. 141t. Rediv.

Vrit triumphis posthuma sœula,  
In Drugethanis nata palatijs  
Bellona, Martis à furore  
Fulmineo D'Ea vecia curru.  
Mora est amori mors, patrio citus  
Evolve Celo fulgura Glorie,  
Pompamq; honoris excitatam,  
Herculeis anima lacertis  
Dignos lupatos prodigalibus  
Impone monstris, Persephone suo  
Quæ lacte fovit, quæis fidelis  
Hospitium dederat Molorchus.  
En illa castas fluminis Vngh aquas,  
Intoxicatis faucibus eibunt,  
Inebriatæ perq; Campos  
Perq; vias tigrides vagantur,  
En jam decoram Virgo superbiam  
Induta florum, veris amœnitas,  
locis Favoniorum anhelat.  
Teq; petit Zephyritis aura.  
Cujus theatro Majus inambulans  
Tibi pudoris purpurei Rosam  
Crispavit Esterhazianam ad  
Invidiam viridis Canopi.  
Cristata spinis, ergo, fidelibus  
Roseta, Sturnis jungito, Magnus ut

Au-

Author rosarum, Ver propines  
Memnonio Hesperioq; Soli.  
Hoc natus olim purpureus Nepos  
Vestita ducet sœula Muricem,  
Et purpuratus in Nepote  
Vivet honor viridi Roseto.  
Stipata centum castra furoribus  
Quando ciebit, de genialibus  
Rosis, reflorescens Drugethi  
Monstra vigor Scarabæa pellet.  
Spinisq; Matris, Threicijs velut  
Armatus hastis, Odrysiae jubar  
Fatale Lunæ figet, & Thressas  
Patricijs Comitatus ausis  
Ludet secures, Bistoniæ domus,  
Tunc erubescere frena licentie  
Laxata, tunc parmis Rosarum  
Vngariae revirescit ævum.

Præsagium quod præstolaris Comes Illustrissi-  
me de tua Rosa, prognosticon est taciturnita-  
tis; silere nos docet non loqui. Hanc enim Har-  
pocrati silentij Deo consecravere Vates. Hinc illud  
emanavit: Dictum sub Rosa. Ac proinde arcana  
DEus sub hac tua Resa pollicetur tibi fortunas  
Rosa

Rosa Veris honor, unica Chloridis florum DE  
gratia, ternas illas Cypridis venustate sua antece-  
dens Charites; Philostrato purpurea veris coma,  
terræ fulgor, amoris lampas; Anacreonti verò,  
Honor, decusq; florum, cura amorq; veris, Cæli-  
tum voluptas. At Achilli Alexandrino, Ornamē-  
tum terræ, plantarum splendor, oculus florum,  
prati rubor; Flos omnium pulcherrimus esse vide-  
tur. Vnde etiam vteriori eam extollens encomio,  
palam confiteri ausus est, Si Regem fiorem con-  
stituere Jupiter voluisset, non alium certè, quam  
Rosam hujusmodi honore dignatus fuisset. Quod  
illi de purpurata Rosarum cognatione, hoc Nos  
comes Illustrissime, de Rosa Sponsa Tua florum  
Regina ominamur. Hæc inextinguibilis Amoris  
erga te lampas erit, hæc paludamentum & purpura  
Illustrissimæ Gentis tuæ, Argos tibi Nepotes, con-  
siliorum Virtutumq; plenos oculis dabit. Hæc or-  
namentum & fulgor tuus, non Halcyonæis fucata  
coloribus, non Poppæano nutritam lacte gerens for-  
mam, sed nativa purpura condecorata, Tibi uni  
crispata & desponsata florere perenniter anhelat.  
Et si optas scire, quām pretiosos tibi promittit  
flores, videtur

MILESIAS hæc rosa Dare Rosas.

AD

AD ILLVSTRISSIMAM  
Rosam

MARIAM  
ESTERHAZI, VERI DRUGETHANO  
desponsatam.

T Hæsalas nolo celebrare valles,  
Nolo Panchæis residere Tempe,  
Non mihi ridet Mareotis vuæ

Mater adulæ.

Hesperi nolo mihi Nympha neptis  
Flore aduletur, vireat Colona  
Claudy Lixon, vigiletq; supra  
Velleris aurum.

Conde quos Campis metis in Sabæis,  
Prodigos Cypris malefida odores  
Vel quibus rorant Sporadum Capilli  
Cedite succi.

Tinæla per nardum fluitant venena,  
In coloratis latet anguis herbis,  
Et Medusea male semper arte

Flora virescit.

Ver novum arridet volitatq; Campis  
In Druethanis, cui prata pulchro

Flore

REGI NYOMTE TAVARYOK, ALL. 141. / Radványok  
/ 319. 18. j. /

Flore despontant viridantis agri  
Gaudia nata.

Hic mihi veclant animæ serenis  
Thraciae bigis Amaranthi odores,  
Hinc verecundis pluit aura nimbis  
Aura roseti.

Hac serenatos Zephyri cachinnos  
Et jocos edunt, quibus herba Campi  
Terga submittens, sua pulchra Sponsis  
Colla maritat.

Gurges hic ille est, cui nomen alto  
Fluxit, ut fama est, genere Hungarorum  
Hinc superfusas Galeæ procellas  
Ebbit Hunnus.

Vngs suas volvit sinuosus undas,  
Et redargutus jubet ire Nymphas,  
In Druethorum spatio curuo  
Oppida flexu.

Hic Druethano Rosa nupta Veri  
Purpuram effundit, famulisq; circum  
Cincta Narcissis, tua dona Pestum  
Murice vincit,

Non huic sanguis Cythereus unquam,  
Non procus formæ puer ora pinxit,  
Nec Dionæis fuit hæc Virago

Nota viretis. Hanc

Hanc Palatinus coluisse Gryphus  
Fertur in Tempe viridis Galanthæ,  
Hanc verecundo Niariana Nympha  
Nectare pavit.

Arclici proles Aquilonis iræ,  
Parrhasis mammae quibus Vrsa præbet,  
Cedite insanæ, Rosa nostra Verno  
Nupsit amori.

Circius crinem rigida gelatus  
Grandine, & sevis equitans procellis  
Caurus abscedat; soror, ista sponsa  
Est Zephyrorum.

Nunc Charis nostro pretiosa prato  
Fige radices, abit in Bootæ  
Æoli ad rupes, fera bruma plaustro  
Verq; propinquat.  
Cresce fecunda tibi faustitate  
Elaborati per aprica rivi  
Tempora excurrant, quibus uda verna in  
Mille roseta

Florent ex te rosei Nepotes,  
Monstra qui pellant Scarabæa Thracum;  
Hinc Druethanis honor in viretis  
Sæcula plantet.

Terra Nilotica Ægyptus, quotannis Romuleis Vecligal Cæ-  
sari-

saribus pendens Rosas illis Hiberno tempore transmittebat.  
Hinc illud Martialis Libr. 9.  
Ut nova dona tibi Cæsar Nilotica cellus,  
Miserat hibernas ambitiosa rosas:  
Navita derisit Pharios Memphiticus hortos  
Vrbis ut intravit limina prima tua.

Tibi verò Illustrissime Comes non Nilotica Regna,  
sed amænissima Esterhaziana Galanthæ & Frakno  
Tempe Rosam sponsam obtulerunt. Quæ tantum splen-  
dorem Genethliaco Illustrissimæ Familiae Tuæ Veri attu-  
lit, ut ad ejus præsentiam, cuncta Prænestina, Campana,  
Pæstanaq; roseta juremerito derideamus, Est videlicet &  
inter Rosas certamen; quæ magis erubescit, hæc vincit;  
quæ clariorem pudoris gestat purpuram, illa Regina ap-  
pellari debet. Faceant igitur impura aliorum florum  
schemas, una triumphat Rosa Esterhazi, una Amoris  
Ithonum & diadema capit Regina florum inaugurata  
Mariâ; pudefacit Hyacinthos, despicit Narcisos, totos  
fastidit Adonidis hortos; solas in consortium cognatas ro-  
sarum admittit Virgines cohortes; videlicet Amicitia con-  
colorem sibj vult habere societatem. Scipioni triumpha-  
lem currum ob Punicam victoriam, Rosæ undiq; corona-  
vère. Tibi ò Illustrissimum ver Druethanum cuius au-  
ream honoris curulem Genethliaci per orbem Sturni ve-  
xere semper, tibi, inquam Rosa, Maria Esterhazi, plurima  
præparabit roseta, quibus tuum in Illustrissimo immar-  
cessibilis gloriæ Cælo redimitum esedon florebit, rose-  
asq;

asq; Nepotum vehet Auroras, & quamvis serò , rubens  
tamen cælum hoc crastinos semper indicavit serenos So-  
les. Hos tibi vovemus animitus, hos precamur, Comes &  
Mæcenas noster Illustrissime.

Flore Rosa Marla EsterhazI, es Data pro Coro-  
na Sponso.

IN STURNOS GENETHLIACOS JLLUSTRISSIMÆ  
Familiae Druethanæ fertis

## R O S A ESTERHAZIANÆ coronatos.

S Turnorum Socios quis cuneos mihi  
Cyrrhaeus referet carmine Cythius?  
Phæbeo irradians quæ Dea culmine  
Argutis animam sufficiet lyris?  
Æternem ut volucres, stemmata que suis  
Druethi, placidas inter E jesias  
Portant, remigibus regna per Aeoli  
Pennis, & levibus nubibus incubant.  
En jam Parrhasij tergora Carpathi,  
Et Vagi vitreas transilunt aquas.  
En dulci roseos voce Favonios  
Affantur, liquidoq; aere remigant.  
Ut rostris, agitant ferta rosi fata

C 2

Aura-

REGI NYOMTE TIBAVOK, ALI. I. VLT. / Redm.

18

Aurarumq; genas punicea notant  
Cerussa, ut Zephyri virgineas com.  
Ostro nobilitant purpureæ Rose.  
Iam septemgemini littoribus sedent  
Istri, Celtica jam lilia Galliae,  
Et consanguineas ad Rhodanum domos  
Cognata recreant voce superstites,  
Gallasq; auricomos ad thalamos vocant  
Ceras, Druethico stemmate nobiles.  
Hos inter volucrum Cælivagos greges,  
Alarum rutilo pendet in effedo,  
Drugeth Fama, suis Compta favoribus  
Et narrat populis Nomen Homonnai.

**D**E Sturnorum natura & mira societate ita  
rerum, quas marer natura parit, acerrimus  
investigator Plinius, (Lib. 10. cap. 24.) Stur-  
norum, inquit, Generi est proprium catervatim vola-  
re, & quodam pilæ orbe circumagi omnibus in me-  
dium Agmen tendentibus. Hoc innatum natura  
officium Genethliaci tui expressere Sturni Comes Il-  
lustrissime. Catervatim enim hucusq; Virtute &  
Constantia, fidelitate & Amore Regum suorum  
quasi quibusdam placidissimis proiecti Etesijs Illu-  
strissimæ Druethanae Gentis Cælum volatu suo re-  
crea-

crearunt. Nec ullus illorum Icarias habuisse pen-  
nas legitur, quibus Soles suos, Regni Hungariae vo-  
lo dicere Reges superbè impetijset; nullus etiam in  
hac Illustrissima honoris pompa volando, cum de-  
fectum alarum suarum passus est, ut à Majorum suo-  
rum Virtute descivisset. Et quamvis hoc Illustrissi-  
mum Agmen volucrum, in novercalem sæpius for-  
tunæ pilam ageretut; ea tamen virium alarumque  
fortitudine pollebat, ut semper in medium Sphærici  
honoris sui metam animosissimè tenderet. Ita tui  
Illustrissime Comes triumpharunt Sturni; ita glo-  
riam Druethanae profapiæ loquebantur per orbem.  
Agrippina Conjunx Claudij turdum habuisse fertur,  
qui sermones hominum imitabatur. Habebant &  
alij Cæsares, juvenes Sturnos, Lusciniasq; ut testa-  
tur idem, quem ante nominavi, Author, Græco &  
Latino sermone dociles, assidue nova loquentes,  
longiore etiam contextu. Habebis & habes tu quo-  
què Comes Illustrissime facundissimos, celebri-  
mosq; nova loquentes Virtutis Druethanae mo-  
numenta; habes, inquam, sturnos, qui Tuas Tuo-  
rumq; Virtutes orbi divulgbunt.

Ita, Coronate OrbeM ALItes Rosa Sponsa  
Dat Rosas.

AD

9/1963 sz-hoz.

Zoznam spisov určených na fotografovanie pre MTA

č. 308. sz.

fényképezési igényjegyzék.

1/ Levéltári intézet: Matica Slovenská,  
Martin./Košice, Vedecká  
knižnica./

2/ Tematika: régi nyomtatványok.  
Staré tlačivá.

A kutatás és a jegyzék összeállítása  
Borsa Gedeon munkája.

Výskum prevádzal a zoznam zostavil  
Gedeon B o r s a.

A fényképezés módja:

Az általános utasítás szerint. Az egyes felvételek jelzetfelirata: "Régi nyomtatványok, Matica Slov.-Martin:".

Spôsob fotografovania:

Podľa všeobecnej inštrukcie. Nápis jednotlivých záberov: "Régi nyomtatványok, Matica Slov.-Martin:".

*3/00.*      *30.1.1951*      *Matrica Slovensko - vedecká knižnica 7*  
*Nitra*

KOSICE, Vedecka Kniznica

*2. címl.*

1) K 7/2/ Vectigal Regium Reformatum. II.1759

*- hianyzás* Tyrnaviae, 1693. 2° [43] levél. 57□ *- hianyzás*

2) RMK.9. Dietericus, Cunradus: Epithome Catechetica. II.1298

Leutschoviae, 1672. 12° 143 lap. 173□

3) RMK.50 Evangeliomok és Epistolák... I.1160

Cassoviae, 1674. 8° [16] 254 [2] lap. 137□

4) RMK.58. Catechismus /Keresztény/ Sárospatak, 1667. I.1059

8° 254 lap. 128□

4 db. nyomtatvány, kb. 495□

*vede hianyzás  
vezető 6.*

308.i.g.jegyzék

Régi nyomtatványok, Matica Slov., Martin:

l.cím: A jegyzék szövege.